


NUPTIIS AUSPICATISSIMIS,  
*Reverendi Plurimum, Clarissimi, Doctissimiq;*  
V I R I

D. SAMUELIS CORELLII,  
*Eccl. Elbing. Neapolitanæ Past. digniss. vigilantiss.*  
S P O N S I,

ET  
*Nobil. Omnibusq; Sexûs sui Virtutibus Ornatissimæ*  
V I R G I N I S,

R E G I N Æ,  
*Nobil. & Spectatissimi* V I R I  
D. JOANNIS SZIERAKOWSKI,  
F I L I Æ unice DILECTÆ,  
S P O N S Æ:

*Conjunctis VOTIS gratulantur*  
AMICI THORUNENSES.



THORUNII  
*Typis excudit Joh. Cœpselius. Gymn. Typogr. A. 1678.*

7. Nov.

In NUPTIAS AUSPICATAS  
Reverendi Dni SAMUELIS CORELLII,  
Cum Lectissima VIRGINE  
REGINA SZIRAKOVIA.

SCAZON.

**N**Unquam magis CORALIAM atq; REGINAM  
Decebit? Hanc Auro, Unionibus, Gemmis  
Ornare fas est, nec, quod improbus fert mos,  
Promiscuè unumquemlibet. Annulo quondam  
Nemo superbiebat, his modò exceptis  
Insignis ulla quos notaverat Virtus,  
Æquive quem virtutis æstimatores,  
Reges, Ducesq; nobilem esse jusserunt.  
At quos videmus pessimos hodiè mores!  
Nunc annulatus quilibet Lucumo apparet:  
Nunc torqueatus quisque Marcus incedit.  
Inversa quævis seculum exhibet præfens!  
En hic Coralium, sed optimum, nulli  
Cedens, Maris quos Ramus habet Erythræi.  
Pretiosius profectò obrizo, & argento:  
Vel quicquid ultimi Tibi dabunt Orbis  
Indi. Cui hoc debetur? Anne REGINÆ?  
Hæc una tali digna jure censetur.  
REGINA quippe est, regis micans donis  
Formâ, pietate, castitate, pergrato  
Pudore, quodque Virginem potest charam  
Cui sistere. O CORALIAM benè locatum!  
Operbenè dotatam fatere REGINAM!  
Ipsi Machæoni potior medela haud est,  
Tinctura quàm quidem CORALIORUM audit:  
(Ut præparata Coralia, ac corundem  
Magisterium non nomen) fugat morbos,  
Virus repellit, lassa corda confortat,

Et

Et foeminino Sexui oppidò prodest.  
Profit, precor, Sponsæ CORALII Sponsus  
Instar, vicissim Sponsa blanda sit Sponso  
REGINA, verum familiæ potius ejus  
Orbata quæ diu est, egetq; REGINA  
Et Matre. Semper invicem sibi profint,  
REGINULÆ & CORALIA prodeant inde.

*Claudicante quid. versu, ac Animo  
sincero ser.*

J. N.

S O N N E T.

**D**ie Es ist von GOTT selbst/ Herr BRÄUTIGAM/  
beschlossen/  
Ins Simmels Kanteley: ob gleich in unserm Land/  
Sie allen unverhofft ist worden erst bekandt.  
Von GOTT hat diese Glut des Feuers sich ergossen /  
Von GOTT ist dieser Strohm der Lieb' heraus gestossen /  
In ihrer Herzen Grund: ER hat das feste Band/  
Das niemand scheiden sol/ geknüpfft mit seiner Hand.  
So nehmet dankbar an, den werthen Liebs-Genossen /  
Den so gar theuren Schatz/ Keginam/ weil Sie GOTS  
Luchschentker/ liber Sie/ Sie Luch/ bis in den Tod.  
Ein Ander gründe sich auff Reichthum/ Gunst und Gleissen/  
Ein Ander such ihm hier ein irrdisch Simmelreich/  
Was ist's als Litzelkeit? wird's nicht der Erden gleich?  
Was GOTT verehrt und knüpfft/ wird nimmermehr zureissen!  
Also hat sich mit freuen wollen  
Petrus Schönwalde/ der Neustädtischen  
Deutschen Gemeine P. und des Consist. Asses.  
Als des Bräutigams Freund.

Ad DOMINUM SPONSUM.

S ummus ut arcano vertat DEUS omnia Sceptro,  
Illustri Exemplo, VIR REVERENDE doces. Dum

Dum præclara negat curarum Elbinga levamen,  
 Fert oleum curis nostra Thoruna tuis:  
 Jungitur optatis VIRGO SIRAKOWSKIA Votis,  
 Moribus eximiis, & pietate placens:  
 Scilicet Omnipotens semper bene cuncta gubernat,  
 Fædera cum Casti sunt subeunda tori.  
 Sic igitur dum dulci auges tua moenia Sponsâ,  
 Prole nova lætos augeat ille lares.  
 SIMON Weiß / Div. Mar. Ecclesiast.

**D**isplicuit cui non Galilææ accumbere mensæ,  
 O Christe, & Socii jura sacrare tori.  
 Et qui mirando donasti munere Sponsos,  
 Ex lympha quando vina Falerna facis.  
 Huc adsis, dum Virgo futura Marita CORELLO,  
 Ducitur ad cultos fronde virente focos.  
 Mitte tuas rutili de Cœli vertice flammæ,  
 Horum ut sincerus pectora nectat amor.  
 Ille etenim primis est Te veneratus ab annis,  
 Huic etiam fuerat maxima cura DEI.  
 Is didicit solers, quicquid sacra pagina monstrat,  
 Hæc itidem didicit sedula nosse DEUM.  
 Is modò Divini celebrat præconia Verbi,  
 Hæc quoque grata studet concelebrare DEUM.  
 O felix sædus! quod talia pectora nectit,  
 Et quod sic firmat dextra suprema DEI.  
 Acclamo: felix sacræ sit junctio tædæ,  
 Sintque secunda tui vota secunda tori.  
 Chara cum Sponsâ multos lætare per annos,  
 Absint, quæ possunt rumpere vincla tori,  
 Fortiter unanimes semper certetis amore  
 Et niteant sanctâ pectora vestra fide.  
 Dum tandem expletis Pylis feliciter annis  
 Dissociet socium cana senectæ torum.

JACOBUS Seldner / Eccl. Thor.

